



in Auditorio Maiori, vir iuuenis nobilissimus, CHRISTIANVS
 AVGVSTVS LANGGVTHIVS, Wittenbergensis, AA. M. et Medicinae
 Candidatus, cui b. VATERIA beneficium VATERIANVM, omnium
 primo quatuor annos testamento legauit; tantamque Patronae
 suae, Matris instar semper cultae ac obseruatae, beniuolentiam
 ac benignitatem, de officio iuuenum, curam corporis quam dili-
 gentissime agendi, dicturus celebrabit, patris ad exemplum,
 gratissimus. Quem Oratorem vt benigne audiant, eumque
 praesentes ac frequentes, quod maxime in votis habet, ornent,
 animum ipsi addant, et ad maiora, olim tentanda, excirent,
 hoc igitur nomine ac spe, ILLVSTRISSIMVM COMITEM, PRO-
 CERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE, FAVTORES et AMICOS, CI-
 VES NOSTROS GENEROSSISSIMOS AC NOBILISSIMOS, qua
 decet, obseruantia et humanitate, rogamus et inuitamus.

P. P. Domin. XXII. post Festum SS. Trinitatis A. R. S.
 CICICCLXXVIII.

WITTENBERGAE
 LITTERIS CAROLI CHRIST. DÜRRII ACAD. A TYPIS

